heſter̄ p̄ro liberatiōe iudeorum heſter quarto.
Daniel duos p̄ſbiteros cōtra ſuſſanā venientes cōuicit. Danielis .xiij
Itē viſiones nabuchdonoſor prudenter expoſuit. Danielis .ij. et .iiij.
Iudas machabeꝰ prudēter ſe ſubtraxit quando nichanor eū dolo capere voluit. i. Machabe .vij.
Cōſtituta fuit dies in qua iudas cū nichanore loquebatur ipē autē iudas p̄cepit armatos eſſe i locis oportunis ſi forte aliquid mali operaret̄ ij. Machabeorum .xiiij.
Cū iuſſiſſet tribunus paulum cedi flagellis reſpōdit paulus prudēter centurioni ſibi aſtanti ſi licet vobis hominem romanum indēpnem flagellare et diſcedebant qui eū torturi erant. Actuum .xxij.
Cū vellet paulꝰ a grecia in ſiriā nauigare vt intelliger̄ ſibi a iudeis paratas inſidias prudenter declinauit et venit p̄ macedoniā Actuū .xx
Itē nota de eiꝰ prudēcia Actu .xxiij
Cū ſciret q̄ iudei iurauerāt cibū ſe nō guſtaturos donec eū occideret ipſe fecit hoc prudenter tribuno nūciari qui eum de nocte ad felicem preſidem cū armatis tranſmiſit et plura alia Nota ibidem cum feſtus p̄ſes vellet paulum econtrā in iheruſalem reducere ſciens paulus eorum maliciam diſcrete et prudenter ad ceſarem appellauit. Actuū .xxv.

De pueris bone indolis.

Iſaac nec cōtradixiſſe nec murmuraſſe legitur qn̄ pater voluit eū ymmolare et occidere Geneſis viceſimoſecundo

Ioſeph fratres ſuos ſ apud patrē ſuū de crimine peſſimo accuſauit io eū vēdiderūt p̄ quod patet q̄ mūdꝰ erat et peccatū eorū deteſtabat patri vero volenti eum ad fratres mittere ait preſto ſū Geneſis triceſimo ſeptimo.
Samuel puer bonꝰ miniſtrabat i conſpectu dei. i. Regum .iij.
Dauid puer peritꝰ et humilis erat quādo in regē vnctus eſt primo Regū .xvi.
Ioas filiꝰ ioram regis iuda puer ſeptem annorum quando regnare cepit fecit quod bonum erat cunctis diebꝰ ioiade ſacerdotis quarto . Regum duodecimo Poſt mortem autē ioiade conuertit ſe ad malū
Octo annorū erat ioſias cū regnare cepiſſet fecitq̄ qd̄ placitū erat corā domino. iiij. Regū .xxij.
Thobias cum eſſet iunior omnibus in tribu neptalim nichil tamē puerile geſſit in opere Thobie .i.
Preterea cum filiū genuiſſet eum timere deum docuit ab infancia ab omni peccato. Thobie .i.
Daniel et ſocij eius ſine magiſtro et doctore legem dei ſeruantes ſobrie pie et iuſte inter prauos gentiles vixerūt. Danielis .i.
Septē filij matris ad mirabilē ſapientiam in reſponſionibus mundiciam in moribus paciencia i aduerſitatibus habuerunt ſecundo. Machabeorum .vij.
Iohannes baptiſta puer creſcebat et confortabatur ſpiritu ſancto et ſancte et mūde ſemper vixit Luce ſecundo
Puer iheſus humilis et ſapiens ſubditꝰ parentibꝰ erat Luce .ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf